Domini, ut his et isti hactenus feci, non exprobret mi-
hi tua humanitas, vir clarissime, quod his scholasti-
cis naeniis obstrepo res serias agenti. Hoc impe-
tro pro fide antiqua, ne nimium rumoribus credat,
qui (ut homines credimus) multa confingunt. Omnes
pueri nostri valent quam rectissime, Deo sit laus; sed
ego aerumnis debilitor, sicut vix vivere diu possim.
Benedictus Deus, qui sanctificavit nostras nuptias,
et de foetu meo eodem die gaudium mihi et luc-
tum dedit. Amon Conradus vester valet, securior
factus est ego monitore. Salutem precor vobis
omnibus et Deum rogo ut labores nostros adjuvet,
propter magnam misericordiam suam. Duisburgi
calendis Novembris 1561.

breme vestre laudator
Johannes Molang.

28.) Dn. Herberto à Langen
Pax Christi.

[= Msc. A. 7. No. 118]

Quamvis tuae benevolentiae recordatio, frater
venerande, nunquam potest animo excidere meo,
tamen negare non possum, quin haec disjunctio
partim, partim unde fluctus negotiorum in-
terciperint fructum prope universum, quem nos
ex arctissima amicitia capere oportebat. Sen-
sit id nuper in meo luctu, quem scio tibi jam
pridem ex aliis auditum ordine, ut nihil opus
sit nostra commemoratione. Deus faciat ru-
inas nostras valde et largiter misertus nostri. A-
men. Haec privata mitto, publica jactatio misera
fuit hoc biennio, tum in schola nostra, tum in ec-
clesia, neque id tam novum est, quum nihil usquam
sit stabile et tranquillum. Contigerat scholae gu-
bernator doctus ille quidem, sed minime hoc agens, sim-
con observatis bene gerendae rei temporibus turbu-
lenta prorsus et sine laetitia navigatio fuit. Qui
etiam aliis alia nitentibus spectaculum facti sumus
festivis hominibus, qui omnium rerum inter-
itu delectantur. Remoto igitur a gubernaculis
rectore, nos reliqui naviculatores ipsi sumus
in illa tristi jactatione navem tentes per

retinere, donec compertum sit aut Deo benigne aspi-
rante procedere navigationem, aut praevalentibus ven-
tis Deoque deferente nihil spei reliquum esse. Sane non potu-
imus hic aliud facere, quam in tertium usque annum esse in
Reijneb. Inducta esset jubente senatu mansimus in nostra
statione multum de bonitate et auxilio Dei confisi. Di-
vinam vestram valete Senatu ad societatem mini-
sterii assumpsimus fratri [illegible] facilitate. Non erit
hic ille [illegible] sese exerceat vel hunc annum, quinque
bis est [illegible], in ea functione, ad quam videtur na-
tus esse: exacto curriculo, aut (si jubes) maturiore ma-
jore alacritate ad intermissa studia in aliqua Aca-
demia rediturus. Magni refert studia meri quodam
temporis maturascere quasique roborari. Videtur mi-
esse suppedito. Magistratu numerabit [illegible] [illegible].
Gaudeo hucusque cum tua liberalitate provectum,
ut jam nunc honesto labore sibi vitam quaerere
possit. Henricus à Langen ea est modestia,
ita amplectitur studia et Praeceptorem, ut ni-
hil in eo desiderem, feliciter hoc mihi accidit,
ut habeam in quo Deo juvante ostendam me [illegible]
erga me benevolentiae nequaquam immemo-
rem esse. Mi Domine quantum est aerumnarum
in hoc vitae genere, imo quantus cumulus est mole-
stiarum in omni humano corde, quod quidem hic
solem intuetur. Subinde fere oculos erigo in
coelum, peregre in pedes consistens. Sed jam
me ad ingenium dices reverti, et nimis melan-
cholicum esse. Saepe canto illud afflictissimi pro-
phetae: Anima sicut passer nostra exiit e laqueo aucu-
pantis. Ah quoties inextricabiliter impeditus
fui! et tamen nusquam haesitavimus. Dominus con-
trivit laqueos et contexit, sit ei aliqua ex sua in
nos bonitate gloria, fiat. Audivimus [illegible] egorsi,
sensus hujus vulgi prophanis moribus [illegible] articulis
aliquot stomachatus sum pene extempore in scho-
la, in eos, qui sancti Martini nomen sua inte-
perantia ostendunt. Eos hic nunquam adsce-
rem, nisi firmarem à scribendis versibus non

omnino aversum esse.

Quid video? Crispus mihi dicere Martyleros
Sic celebras sanctos servum pecus? Ecquis
Qui toquulam findens extraxi viscera, panque
Et minime indulgens uni mihi: ceteraque
Clericulis, viduis, senibus, pueris(que) relictis.
Mirum quam longe diffusa est mea cupida dextra
Luxuriem interea resecans a ventre soleta
In studiis certam producere flebilis aevum
At sibi nil laxum est excepto abdomine dati
Ructus, frater, egens absumens: et tamen audes
Mancipium Bacchi, lascivae damna culinae
Et ridiculus nostro praetexere nomine viensas.

Sic ego maiores paginas inferio. Utinam tecum loqui
vel per epistolam meliora possim, sed nosti meum in-
genium. Adjuva me obsecro tuis precibus apud Serva-
torem nostrum. Vix credas, quam valde mihi illo pro-
butere sit opus, cum nihil usquam consilii habeo, ni-
hil praesidii aut consolationis. Una uxor timens
Deum sustentat societate ne laborem et incura-
bilis sua juventute procreatis magna est ut non
aliunde plus sit miseriarum, sed desinam flere. Vita
breve est quicquid hic cruciat. Deus qui nostros
animos bene conjunxit servet nostram societa-
tem melioris vitae mentibus per Spiritum sanctum
propter Mediatorem nostrum. Amen. Vale vir o-
ptime et simul constantissime. Confero si quid ha-
bes de D. Doctore Alberto, ut mihi communi-
ces saltem, atque ubi terrarum peregrine-
tur. D. Praeposito Othonis nostri avunculo pre-
cor pacem in Domino, qui jam pridem ad me misit
quaecunque in rationibus Othonis reliqua fue-
runt, pro qua promptitudine gratias ago.
Cupio scire, quid agat Otho, et ubi sint Lud-
get et Amadeus, qui nimis hic libere vixerunt.
Iterum vale cum universa tua familia, quae
mihi saepe benefecit. Duisburgi postridie
D. Martini 1561.

V. D. studiosiss.
Johannes Molanus.